BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 162r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et incessu turbe. et collisione ar-
morum. Erat enim exercitus eorum
magnus valde. et fortis. et appro
piavit iudas et exercitus eius in
prelium. Et ceciderunt de exercitu
regis sexcenti viri. et vidit elea
zar filius saura unam de bestiis
loricatam loricis regis et erat emi
nens sup ceteras bestias. et estimavit
quod in ea esset rex et dedit se ut
liberaret populum suum. et acquire
ret sibi nomen eternum. et cucur
rit ad eam audacter in medio le
gionis interficiens a dextris et a
sinistris et cadebant ab eo hinc et
et illuc et ivit sub pedes eleph
antis et supposuit se illi. et occi
dit eum. et cecidit in terram sup
ipsum et mortuus est illic. Et
videntes virtutem regis et impe
tum exercitus eius diverterunt
se ab eis. castra autem regis ascen
derunt contra eos in iherusalem. et ap
plicant castra ad iudeam in mon
tem syon et fecit ~~pactum~~ cum eis
pacem qui erant in bethsura et exi
erunt de civitate quia non erant
ibi eis alimenta conclusis quia et
sabbata erant terre. Et comprehen
dit rex bethsuram civitatem et
constituit illic custodiam servare
illam. Et convertit castra ad lo
cum sanctificationis dies multos
et statuit illic balistas et machi
nas. et ignis iacula et tormenta
ad lapides iactandos. et spicula.
et scorpios ad mittendas sagittas
et fundibula. Fecerunt autem et ipsi

machinas adversus machinas
eorum. et pugnaverunt dies mul
tos. Esce autem non erant in civitate
eo quod septimus annus esset et
qui remanserant in iudea de genti
bus consumpserant reliquias eo
rum que reposite fuerant. et rema
serunt in sanctis viri pauci. quo
niam obtinuerat eos fames et dis
persi sunt unusquisque in locum
suum. Et audivit ~~philippus~~ ly
sias quod philippus quem constitu
it rex antiochus cum adhuc vive
ret ut nutriret antiochum filium
suum ut regnaret reversus esset
a perside et media. et exercitus qui
abierat cum ipso. et quia querit sus
cipere regni negotia. festinavit
ire et dicere ad regem. et duces ex
ercitus. Deficimus cotidie et esca
nobis modica est. et locus quem
obsidemus est munitus. et incum
bit nobis ordinare de regno. Nunc
itaque demus dextras hominibus
istis et faciamus cum eis pacem
et cum omni gente eorum. et con
stituamus illis ut ambulent in le
gitimis suis sicut prius. Propter
legitima enim ipsorum que despexi
mus irati sunt. et fecerunt omnia
hec. Et placuit sermo in conspec
tu regis et principum. et misit ad
eos pacem facere et receperunt
illam. Et iuravit illis rex et prin
cipes et exierunt de munitione
Et intravit rex montem syon
et vidit munitionem loci. et rupit
citius ius iurandum quod iuravit.